

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis S. R. E. Cardinalis Bona Opera Omnia

Tribus Tomis comprehensa

De Divina Psalmodia, Ejusque Causis, Mysteriis, Et Disciplinis, deque variis
Ritibus omnium Ecclesiarum in psallendis Divinis Officiis, Tractatus,
Historicvs, Symbolicvs, Asceticvs. Sive Psallentis Ecclesiae Harmonia -
Opus novum, & curiosum, ac multiplici eruditione illustratum ... Operum ...

Bona, Giovanni

Parisiis, 1678

§. 10. De Ritu Ambrosiano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9929

DIVINÆ PSALMODYÆ CAP. XVIII. 629
visa est novitatibus acquiescere, necse aliquando juve-
nili passa est decolorari levitate Ecclesia plena judicii.

§. X.

De ritu Ambrosiano.

I. **M**ediolanensis Ecclesiæ ritus à D. Ambroſio
ejus civitatis Archiepiscopo Ambrosiani di-
cuntur, non quod ipſe institutor eorum fuerit, ut mul-
torum opinio eſt, ſed quia illos auſtoritate ſua, & exi-
mia ſanctitate plurimum nobilitat. Dici autem Am-
broſiani cœperunt paulo poſt ejus deceſſum, ut obſer-
vat doctiſſimus vir Joseph Vicecomes lib. 2. de ritu-
bus Miſſæ cap. 12. qui afferit eam Eccleſiam Miſſæ or-
dinem à S. Barnaba Apoſtolo, paſſandi veſtimentis Regulam
à S. Miroclete Archiepiscopo accepiffe. Paſterium di-
vidunt Ambrosiani in duas partes: primam à Paſtore
primo ad 109. Dixit Dominus nocturnis Vigiliis, ſecun-
dam uſque ad finem diurnis horis affignant. In hujus
ſecundæ partis diſtributione ſequuntur omnino Ro-
manam Eccleſiam. At prima pars in duas Hebdoma-
das diuīſa decem continent decuriās, ut vocant, ſingu-
liſque noctibus una decuria perſolvit, hoc modo.
Prima decuria Paſtoraſ ſexdecim continent à primo uſ-
que ad 16. & paſſalitur feria ſecunda prioris Hebdoma-
dæ. Secunda decuria incipit à Paſtore 17. Diligam te Do-
mine: habetque Paſtoraſ quatuordecim, & expletur
feria tertia. Aliæ decuriæ Paſtoraſ decem conſtant,
excepta ultima, qua octo Paſtoraſ ſunt. Decuria ita-
que tertia pro feria quarta incipit à Paſtore 31. Beati
quorum. Quarta pro feria quinta à Paſtore 41. Quemad-
modum deſiderat. Quinta pro feria ſexta à Paſtore 51.
Quid gloriariſ. Sexta pro feria ſecunda alterius Hebdoma-
dæ à Paſtore 61. Nonne Deo. Septima pro feria tertia à
Paſtore 71. Deus iudicium tuum, & ſic deinceps. Sabbatis, &c.

Sf iii

Dominicis diebus, & in solemnitatibus Domini certis Canticis nocturnas preces persolvunt. In feriis autem, & quibuslibet aliis Sanctorum festivitatibus suprascriptas decurias non mutant. Ab hac tamen Regula excipiuntur sex feriae ante Nativitatem Domini, quas vocant de exceptato, & sex item feriae majoris Hebdæ, in quibus Psalmis utuntur peculiaribus Porro Psalterii versionem propriam habent similem ei, quæ Romæ utuntur Canonici S. Petri in Vaticano.

II. Ad Nocturnos post *Pater & Ave*, dicitur Versus *Deus in adjutorium*: sequitur Hymnus semper idem, *Æterne rerum conditor*, mox additur Responsorium, deinde Canticum trium puerorum cum Antiphona, & ter *Kyrie eleison*. Postea cum Antiphonis dicuntur Cantica vel Psalmi pro exigentia diei vel temporis: quibus dictis leguntur tres lectiones cum suis benedictionibus ferè semper propriis. Dicibus Dominicis lectiones sunt de Homilia in Evangelium, in fériis de Scriptura, in festis tertia est de vita Sancti, vel de sermone festivitatis. Excipiuntur ab hoc ordinario Nativitas Domini, & Epiphania, quibus diebus dicuntur tres Nocturni, & novem Lectiones. Feria item sexta in Parasceve leguntur sex Lectiones, sed tres ultimæ sunt integræ Passiones secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Joannem: Passio vero secundum Matthæum Missæ reservatur. Post duas priores lectiones duo sequuntur Responsoria: post ultimam dicitur *Te Deum laudamus*, si tempus requirat, vel nihil additur.

Laudes absolutè inchoantur à Versu *Deus in adjutorium*: sequitur Canticum Zachariæ, pro quo in Dominicis Adventus, in Nativitate Domini, Circumcisio ne, & Epiphania dicitur Canticum Moysis, *Audite cœli*, cum Antiphona, & ter *Kyrie eleison*. Tum in Dominicis, & Sanctorum solemnitatibus dicitur quinque, vel etiam septies repetita Antiphona ad sanctam Crucem, addita quadam Oratione secreta. Mox alterum

DIVINÆ PSALMOPÍA, CAP. XVIII. 631
Moysis, Cantemus Domino cum sua Antiphona, & ter
Kyrie eleison, aliaque Oratione secreta. Deinceps Can-
ticum trium puerorum, Benedicite omnia opera (illud
enim quod dicitur ad Nocturnos incipit Benedictus es
Domine Deus Patrum nostrorum) cuius loco Sabbato di-
citur Psalmus 117. Confitemini, & in aliis feriis Psalm.
50. Miserere cum Antiphona, & ter Kyrie eleison. Addi-
tur Oratio clara voce, qua finita sub uno Gloria Pa-
tri quatuor Psalmi recitantur Laudate Dominum de
cælis cum duobus sequentibus, & Laudate Domi-
num omnes gentes. Finitis Psalmis dicitur Capitulum,
tum Antiphona cum tribus Kyrie eleison, Dominus
vobiscum, & Psalmus directus, qui simul ab utro-
que choro cantatur. Postea Hymnus pro qualitate Of-
ficii diversus: & duodecies Kyrie eleison cum Dominus
vobiscum: & dicitur psallenda una in festis Sanctorum,
in Dominicis duplex. Est autem psallenda, Antiphona
quædam repetita cum Gloria Patri additis quibusdam
Versibus, & ter Kyrie eleison cum Oratione. In feriis
loco psallendæ dicitur quoddam Responsorium, quod
vocatur in baptisterio. Quibus absolutis finiuntur Lau-
des, nisi facienda sit aliqua commemoratio, quæ fieri
solet per psallendam illius diei vel officii, de quo fit
commemoratio. Quotidie autem, quando officium non
est solemne sit commemoratio de B. Virgine, de S.
Ambroſio, & de Patrono Ecclesiæ.

Ad primam post Pater & Ave, & Deus in adjutorium
dicitur Hymnus Iam lucis orto fidere: Tum Psalmi Deus
in nomine tuo, Beati, & Retribue sine Antiphona: qui-
bus finitis dicitur Alleluia, & in Quadragesima Laus
tibi Domine Rex æternae gloriae. Sequitur epistolella, ut
vocant, cum Responsorio brevi, cui statim quotidie
subditur Symbolum Athanasii: postea Capitulum cum
precibus, quæ tamen omittuntur in quibusdam sole-
nitatibus. Adduntur tres Orationes eadem semper.
Tum legitur Martyrologium, post quod dicitur Ver-

Sf iiii

sus *Exultabunt Sancti in gloria cum oratiuncula, & sic fi-*
natur Prima.

Tertia, Sexta, & Nona iisdem Hymnis, & Psalmis
 expletur, quibus utitur Romana Ecclesia. Psalmamen-
 dum dicuntur sine Antiphona, in quorum fine dicto
Alleluia, vel *Laus tibi Domine*, sequitur epistolella cum
 Responsorio brevi, tum preces, si dicendae sint, po-
 stea Oratio, & sic terminantur Horæ. In solemnita-
 tibus, & Dominicis diebus cantatur Hymn. ad Ter-
 tiam, qui incipit *Iam surgit hora tercia.*

Vesperæ post Pater & Ave incipiunt absolute à Sa-
 lutatione *Dominus vobiscum*, deinde cantatur Lucer-
 narium, id est Responsorium quoddam ter repetitum
 diversum secundum Officii diversitatem. Dicitur ite-
 rum *Dominus vobiscum*, postea Antiphona, mox tertio
Dominus vobiscum: tum Hymnus conveniens. Post Hy-
 munum quartò *Dominus vobiscum*, & Responsorium,
 quo finito adhuc repetitur *Dominus vobiscum*. Sequun-
 tur quinque Psalmi cum suis Antiphonis, idem vide-
 licet quibus utitur Romana Ecclesia. Verum in sole-
 nitatibus Domini sub una Antiphona, & uno *Gloria*
Patri unus Psalmus dicitur diversus pro diversitate Offi-
 ciū, cui semper adjungi solent psalmi *Ecce nunc bene-*
dicite Dominum, & Laudate Dominum omnes gentes. In fe-
 stis Sanctorum post primam Orationem dicitur alter
 psalmus diversus pro varietate Officii, seu festivitatis.
 Absolutis psalmis cum Antiphonis diciter ter *Kyrie elei-*
son, *Dominus vobiscum*, & Oratio conveniens Officio.
 Postea *Dominus vobiscum*, & *Magnificat* præmissa Anti-
 phona. Finito Canticō iteratur primus ejusdem Ver-
 sus, & repetita Antiphona dicitur ter *Kyrie eleison*, &
 alia Oratio. Deinde psallenda, & alia sicut in Laudib-
 us recitantur. In feriis *Quadragesimæ* non dicitur
Magnificat, sed duodecies *Kyrie eleison*. Habent Ambro-
 siani quasdam Vesperas de sanctis Patronis, & Titula-
 ribus Ecclesiastum, quæ dicuntur cum Vigiliis, in quis-

bus post primam Orationem dicitur primus psalmus, tum legitur una lectio de vita illius Sancti cum suo Responsorio, & post aliam Orationem dicto secundo psalmus legitur alia lectio cum suo item Responsorio. Denique dicto Canticum *Magnificat* cum psallendis cantantur Litaniæ cum quibusdam Orationibus.

Ad Completorium præmissis *Pater*, *Ave*, *Converte nos*, & *Deus in adjutorium*, dicitur quotidie Hymnus *Te lucis ante terminum*, excepta Quadragesima, in qua dicitur Hymnus *Christe qui lux es & dies*. Tum sine Antiphona dicuntur psalmi *Cum invocarem*, *In te Domine*, *Qui habitat*, & sub uno *Gloria Patri*, *Ecce quam bonum*, *Ecce nunc benedicte Dominum*, & *Laudate Dominum omnes gentes*: quibus finitis dicitur *Alleluia*, vel *Lauda tibi Domine Rex æternæ gloriae*. Tum in Quadragesima hymnus *Te lucis ante terminum*, , alio tempore statim subditur Epistolella cum suo Responsorio brevi, deinde Canticum *Nunc dimittis* cum precibus, si dicendæ sint; Additur Antiphona B. Virginis cum sua Oratione. Tandem fit confessio communis, & sic finitur Completi-

§. XI.

De ritu Mozarabico.

I. Cum Hispania penè omnis Arabum inundatio-
ne tabesceret, Christiani inter barbarorum pres-
furas degentes dicti sunt Mozarabes, sive Mixtarabes,
id est mixti cum Arabibus, quare & Officium eorum
Mozarabicum, & Mixtum appellatum est. Hujus ritus
institutores fuerunt sancti viri Leander, & Isidorus
Hispalenses Episcopi, solius tamen Isidori nomen re-
tinuit, quem solum ejus auctorem agnoscit (a) Baro-
nius. Sic inscribi solet, Officium Gothicum, sive Mix-
tum secundum Regulam B. Isidori. Ex decreto quar-
ti Toletani Concilii omnes Hispaniarum Ecclesias hoc

a Baron. ann. 633, num. 70.